36. 23 C 3[1]

(1

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Αρείῳ ϗ Αρειανοῖς.

CONTANTINI IMP. RESCRIPTVM AD Arium & Arianos.

Nunc primùm in lucem Græcè & Latinè prodit.

Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ, κρατερῷ τ' αἰχμητῇ.

LVTETIÆ,
Apud FEDERICVM MORELLVM Architypographum Regium.

M. D. XCV.

ILLVSTRISSIMO S. R. E. CARDINALI PARISIENS. EPISCOPO PETRO GONDIO, Ioannes A Sancto Andrea.

ADfero tibi, Illuſtriſsime Cardinalis (qui prudentia, benignitate temperata, virga longe alia quàm Circæa, qua tactæ feræ homineſque miteſcebant, è ferocibus vniuerſis, ſingulos ſuo quemque metu obedientes feciſti,) Conſtantini & Arij, vel Arij hæretico priuilegio Orbis Dominum laceſſentis, & Conſtantini, Imperatoris & Sathanæ militis literas, illius ſcripto expreſſas, huius ſenſu collectas, tempore, ſcriptore, materia commendatas. ſcriptæ ſunt ante Nicenum Concilium; nec de eo quiſpiam dubitarit. Dedignatus hæreticum, ſolicitus de hæretici ſalute ſcripſit, aut ſanè reſcripſit

Imperator, vel Socrate hiſtorico teſte. At qualis Imperator? Conſtantinus, ſilentio venerandus. qua de re? de Imperatore ſuo. Voluit publicas eſſe. idem velim lubens, eáſque ſub nomine tuo prodire cum Græcas, tum Latinas à Baronio factas. En hæreticorum os ſine fronte, aut frons ſine ore: prouocant Imperatores, oppreſſuri niſi opprimantur. Imprimunt dentem hæ viperæ, niſi prohibeantur ſibilare. Deus igneo illo Spiritu omnes iſtos difflet, quaſi ventus folia, téque Eccleſiæ deſtinam, incolumem diu ſeruet.

CONSTANTINVS AVGVSTVS ARIO & Arianis.

Hæret. malus interpres.

MALVS interpres, negotium eſt Diaboli, eiúſque effigies ac imago. Nam quemadmodū illum callidi opifices ad eſcam fraudis effingunt, decorem pulchritudinis molientes, qui natura eſt turpiſſimus, vt miſeros mortales perdat, ijs errorem prætendens ac propinans. ſic, vt arbitror is facit, cui id tantummodo dignum ſtudio videtur eſſe, ſuæ audaciæ venena, nemini † parcendo offerre. Et quidem nouam, quæque, ex quo tempore nati homines ſunt, nunquam extiterat, infidelitatis vicem † inducit. Quare id verum eſſe experimur, quod diuino eloquio definitum eſt, nempe quòd

† copioſe ſuggerere.

† *fidem ind.*

Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Ἀρείῳ καὶ Ἀρειανοῖς.

ΚΑΚΟ'Σ ἑρμηνεὺς, αὐτόχρημα εἰκών τε καὶ ἀνδριάς ἐστι τοῦ διαβόλου. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον οἱ δεινοὶ πλάσται πρὸς ἀπάτης δέλεαρ πλάττουσιν, οἱονεὶ κάλλους αὐτῷ εὐπρέπειαν προσμηχανώμενοι, αἰσχίστῳ καθάπαξ ὄντι τῇ φύσει· ὅπως δὴ τοὺς ταλαιπώρους ἀπολλύοι, πλάνην αὐτοῖς προτείνων. τὸν αὐτὸν οὗτος δὴ οἶμαι τρόπον ποιήσειεν, ᾧ μόνον σπουδῆς ἄξιον τοῦτ' εἶναι δοκεῖ, τὸ, τὰ τῆς οἰκείας ἰταμότητος δηλητήρια ἀφειδῶς προβάλλεσθαι. τοιγάρτοι καὶ νῦν, καὶ ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, οὐδέποτε φανεῖεν ἀπιστίας εἰσάγειν πίστιν. διόπερ οὐδὲν τῆς ἀληθείας ἄρα ἀπᾷδον ἐκεῖνο φαίνεται τὸ πάλαι τῇ θείᾳ ῥήσει εἰρημένον· ὅτι

Σοφοί. δυνάμεως δ' ἂν ἐκεῖνο.

περὶ ὃ κακὸν εἰσὶ † πιστοί. τί δ' ἂν τις ἐκεῖνο λέγεσθαι τὴν τοῦ βουλεύεσθαι χάριν αὐτῶν ἀπολωλεκότα, μηκέτι κουφισμοῦ ἵνα ἐπικουρείας δέεσθαι ἐπιθυμεῖν. τί τοίνυν φημί. Χεῖ χεῖ, κύριε, κύριε, τί δήποτε ὑμᾶς τὸ ληστήριον ὁσημέραι πιπρώσκει; ἔστηκεν ἐξεναντίας δεινή τις βιαία τόλμα· βρυχᾶται ἐπιπρίουσα τὸν ὀδόντα. δύσμορφος ὑπ' ἀτιμίας, καὶ παντοδαποῖς περιτετρωμένη ἐγκλήμασιν. αὕτη μέντοι ἐν τῷ νέμῳ, καὶ τῷ περὶ σοῦ κηρύγματι, ὥσπερ τισὶ ζάλαις πικρίαις κακῶν διαφορουμένη, ἐξερεύγεται μὲν ἐξώλεις λόγους, γράφουσα δὲ τούτους ἐκφαίνει, οἷς οὐδέποτε ὁ τῷ ἀϊδίῳ τῆς σαυτοῦ πηγῆς τῷ πατρὶ συνυπάρχων, ταῖς περὶ σαυτοῦ γνώσεσιν ἀφώρισας. συνάγει δὲ ὅλως καὶ συμφορεῖ δεινά ἄττα καὶ ἄνομα ἀσεβήματα. νῦν μὲν, τὰς γλώττας κερδαίνουσα· νῦν δ' αὖ πάλιν ταῖς τῶν ἀθλίων σπουδαῖς ἐπαιρομένη, οἷς ἐπ' ἀδείας αὐτὴ παρόντας ἐξαπατᾷ καὶ φθείρει. βούλομαι δὲ ἤδη, τοῦ προέδρου αὐτῆς τὴν φύσιν ἐξε-

τάσαι

ad malum ſapientes ſunt. Atque illud dici poteſt, eum, quòd conſilij capiendi gratiam amiſerit, nullam amplius opem expetere ſubleuandi ſui. Cur igitur Chriſte Chriſte, Domine Domine, cur nos quotidie impium hoc latrocinium ſauciat? Stat ex aduerſo violenta quædam audacia, rugit ſtridens dentibus, deformis iam præ ignominia, variiſque percuſſa criminibus. hæc igitur in lege & prædicatione nominis tui, Chriſte, quaſi quibuſdam procellis ac malorum fluctibus huc atque illuc fertur, exitiabiles eructans ſermones, eóſque ſcribendo edit, quos non tu, qui Patre æterno, tui ipſius fonte, coexiſtis, ſententijs tuis definiſti. Colligit autem ac congerit pernicioſa quædã & atrocia ſcelera, modò linguas vibrans, modò verò miſerorum ſtudijs elata, quos ipſa præſentes licenter decipit ac interimit. Iam antea volo eius, qui tanti ſceleris præſul eſt, naturam expendere.

Eſa. 4.

Imperator ad Dominum Ieſum Chriſtum conuertit orationem.

Pergit reſpondere ad ea quæ ad ipſum Arius ſcripſerat.

Quid enim dicit? Aut teneamus id, inquit, cuius iam cõpotes fuimus; aut

Imperator. ita ſit, vt ipſi volumus. Cecidit ac ce-

Arius. cidit interfectus. Dolo, inquit, aut ſagaci calliditate nihil differt. id ſolum graue ac probandum ducit, quod improba excogitatione ad eum influxerit. Multitudinem, inquit, habe-

Imperator. mus. Ipſe igitur (exiguus) propius accedam: vt inſanorum bellorũ ſpectator ſim. ego ipſe, inquam, propius accedam, qui hominum dementium

Alluſio ad nom. Arij. Hom. Il. ε. Αρες ἄρες, βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

bella ſedare conſueui. Agedum Mars, Ari, clypeis ſanè vtendum eſt. Ne hoc, quæſumus, facias, cohibeat te ſaltem Veneris cõgreſſus. Atque vtinam ſicuti armis egregiè inſtructus videris, ita pietate erga Chriſtum flo-

Arij verba. reres. En rurſum ſupplex venio; & armorum copia præpollens pugnare nolo: ſed Chriſti munitus fide tibi

Imperator. atque alijs volo mederi. Cur autem ea te facere dicis, quæ tuis moribus non conueniunt? at cum quali quie-

te

πάσαι. τί γὰρ δὴ λέγει; ἢ κατέχωμεν, φησίν,
οὓς ἤδη ἐγκρατεῖς γεγόναμεν, ἢ δεχέσθω ὡς
αὐτοὶ βουλόμεθα. πέπλωκε, καὶ ταῦτα πέ-
πλωκεν ἀναιρεθύμενος. δόλῳ, φησίν, ἢ δεινό-
τητι πανουργίας. οὐδὲν διαφέρει. σεμνὸν μό-
νον ἡγεῖται, ὃ διὰ πονηρᾶς ἐπινοίας εἰς αὐτὸν
εἰσεῤῥύη. πλήθη, φησίν, ἔχομεν· προβήσο-
μαι δὴ μικρὸν αὐτὸς ἐπὶ τὸ πρόσθεν, ὡς ἂν μικρὸς
τῶν τῆς μανίας πολέμων θεατὴς γένωμαι.
αὐτὸς ἔφην ἐγὼ προβήσομαι, ὁ τοὺς τῶν
ἀφρόνων πολέμους παύειν εἰωθώς. ἄγε δὴ
Ἄρες Ἄρειε, ἀσπίδων ἡ † χρεία. μὴ σύγε τοῦτο ἴσ. ἡ χρ.
ποιήσῃς ἱκετεύομεν. ἐπισχέτω γ᾽ οὖν σε, ἡ γοῦν
τῆς Ἀφροδίτης ὁμιλία; ἀλλὰ γὰρ εἴθε ὡς τοῖς ὅπλοις
ὄχλοις † ἄριστα συνεκκροτεῖσθαι δοκεῖς, οὕτω ἄριστα συ-
σοι τῇ περὶ τὸν Χριστὸν εὐσεβείᾳ προσῆν ἀκ- κεκροτῆ-
μάζειν. ἰδοὺ δὴ πάλιν αὖ ἱκέτης ἔρχομαι, καὶ σθαι.
τοῖς ὅπλοις πᾶν πλῆθος ἰσχύων, μάχεσθαι μὲν
οὐκ ἐθέλω· τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ πεφραγμένος
πίστει, σέ τε ἰάσασθαι, καὶ τοὺς ἄλλους θερα-
πεῦσαι βούλομαι. τί οὖν φῂς τοῦτο πράτ-
τειν ἃ μὴ τοῖς ἤθεσι προσῆκε τοῖς σοῖς; ἀλλὰ

μετὰ ποίας ἡσυχίας εἰπέ μοι; ἢ τίνα περιουσίαν
περιβεβλημένος, μᾶλλον δὲ, ἐφ' ὅ, τι περι-
πετείας ἐληλακώς; ὢ τόλμης ὑπὸ κεραυ-
νῶν ἀξίας καθαιρεθῆναι. ἀκούσατε γὰρ ἃ δε-
δήλωκε πρώην πρὸς, με ἰὸν ἀποστάζοντι
γράφων τῷ καλάμῳ. οὕτω φησὶ πιστεύομεν.
εἶτ' οἶμαι προσθεὶς, οὐκ οἶδα ἅττα βεβα-
ρῶς πῶς καὶ μάλα ἀκριβῶς ἐξησκημένα
περιιὼν πορρωτέρω, οὐδὲν ὅτι τῶν δεινῶν
ἀπεσιώπησεν· ἀλλ' ὅλον ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸν τῆς
παρανοίας ἠνέῳξε θησαυρόν. ἀπελαυνόμεθα,
φησὶ, καὶ τὴν τοῦ εἰσδεχθῆναι ἡμᾶς ἄδειαν
ἀφαιροῦνται. ἀλλ' οὐδέν πω ταῦτα πρὸς
τὸ πρᾶγμα. τοῖς δ' ἑξῆς προσέχετε τὸν νοῦν,
αὐτοῖς γὰρ χρήσομαι τοῖς ῥήμασι. δεόμεθα,
φησὶν, ἐὰν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐπιμένῃ γνώμης,
ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἡμῖν τοῦ λοι-
ποῦ δοθῆναι κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν,
τοὺς ἐνθέσμους, καὶ ἀπαραιτήτους θεραπείας,
τῷ θεῷ ἐπιτελεῖν. ὢ δεινῆς ἀναιδείας, ἣν
σπουδῇ τῆς ἀληθείας ἀπελέγξαι προσῆκεν:
ὃ γὰρ αὐτῷ καθ' ἡδονὴν ἐτύγχανεν ὄν, τοῦτο τῇ

te, dic quæſo, aut quibus fretus copijs, vel potius quò temeritatis progreſſus? ô audaciam dignam quæ fulminibus deponatur. Audite enim quæ nuper mihi ſignificauit, calamo virus inſtillante, ſcribens: Sic, inquit, credimus. tum neſcio quæ adiũgens, accuratè atque ad faſtum meditata, vlteriúſque procedens, nihil mali reticuit, ſed vniuerſum (vt ita dicam) amentiæ theſaurum exprompſit: Expellimur, inquit, recipiendi nos ſecuritatem auferunt. Sed nondum hæc ad rem: cætera attendite. eius enim verbis vtar. *Imperator.*

Poſtulamus, inquit, (ſiquidem in eadem ſententia Epiſcopus Alexandriæ maneat) poteſtatem nobis poſthac ex legis conſtitutione dari, legitima & indeprecabilia officia Deo perſoluendi. *Arius.* O grauem impudentiam! quam ſtudio veritatis redargui conueniebat. quod enim ipſi cordi erat, id *Imp.*

Quid ais inepte? breuitate ſermonis expreſſit. Quiſ† locus ſermoni tuo eſt? putrem, fractam, & efferam mentem tuam nobis opponere moliris, diſſidio ſpecioſo? eóſque qui tibi in malum adhæſerunt, perdere ſtudes? Quid igi-

Arius. tur, inquis, faciam, ſi nemo recipere me dignatur? hoc enim ſæpe nefariis faucibus exclamas. Ego verò contrà

Imp. rogabo te. Vbinam apertum ſententiæ tuæ ſignum ac teſtimonium oſtēdiſti? quam te diuinis humaníſque actibus explicaſſe ac declaraſſe, oportuit. ídque maximè, quòd venenati ſerpentes, tunc magis efferantur, cùm ſe in profundos latibulorum ſeceſſus abdiderint. Hoc autem illius valde ſcitum eſt, quod magno ſtudio ſilentium, quaſi ſub quadam verecundiæ perſona ſimulet: teipſum placidum ac lenē ſimulationis artificio præbes. fallit autem pleróſque animus tuus ſexcētis intus malis atque inſidiis ſcatens. O inſignem calamitatem! Sic Malus, vt voluit, Arium nobis exhibuit ſcelerum officinam.

συνθεμία τῆς φράσεως ἀπετυπώσατο. τί φῂς ἄτοπε; διάστασιν εὐπρόσωπον ἡμῖν τὸ σαθρὸν τῆς κατ' ἐμὲ ἀγρίας σου διανοίας ἐπιτειχίζειν μηχανᾷ; καὶ τοὺς ἐπὶ κακῷ σοι προσπλακέντας ἀπολέσαι σπεύδεις; τί οὖν, φῂς, πράξω, εἰ μηδεὶς ἄξιον ἡγεῖταί με δέξασθαι. τοῦτο γὰρ πολλάκις ἐκ τῆς ἀνοσίας φάρυγγος ἐκβοᾷ· ἐγὼ δὲ τοὐναντίον ἔρρωμαί σε. ποῦ δὲ σαφὲς γνώρισμα καὶ μαρτύριον τῆς σεαυτοῦ διανοίας ἐπεδείξω; ἣν ἐχρῆν σε διαπλέξαντα καὶ τοῖς θείοις καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις σαφῆ καταστῆσαι, καὶ μάλιστα ὅτι τὰ ἰοβόλα τῶν ἑρπετῶν, καὶ τηνικαῦτα μᾶλλον ἀγριαίνειν πέφυκεν, ὅταν ἑαυτὰ τοῖς τῶν φωλεῶν μυχοῖς ἐνιδρυθέντα αἴσθηται. ἐκεῖνο δέ γε λίαν ἀστεῖον αὐτοῦ, τὸ σπουδαίως εὖ μάλα καθάπερ ὑπό τι προσωπεῖον αἰδοῦς σιγὴν πλάττεσθαι. τῇ μὲν τοῦ σχήματος τέχνῃ, τί θαυμαστὸν σεαυτὸν καὶ χρηστοήθη σύγε περιτρέχεις κακῶν ἢ μυρίων καὶ ἐπιβουλῶν ἔνδον γέμων, τοὺς πολλοὺς λέληθας. ἀλλ' ὢ τῆς ἀθλιότητος! ὡς ὁ πονηρὸς βεβούληται, οὕτως Ἄρειον ἡμῖν ἀνομίας ἐργαστήριον κατεστήσατο.

λέγε δὲ νῦν μοι παρελθὼν, τῆς σεαυτοῦ πίστεως τὸ γνώρισμα, καὶ μηδαμῶς γε ἀποσιωπήσῃς, ᾧ τὸ μὲν στόμα διάστροφον, τὴν δὲ φύσιν ὀξύῤῥοπον πρὸς πονηρίαν κεκτημένε. ἕνα λέγεις θεόν; σύμψηφον ἔχεις κἀμέ, οὕτω φρόνει. τῆς ουσίας αὐτοῦ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον λόγον εἶναί φῆς; στέργω τοῦτο· οὕτω πίστευε. εἴτι περαιτέρω προσπλέκεις. τοῦτ' ἀναιρῶ. εἴτι πρὸς ἀσεβῆ χωρισμὸν συγκαταπάττεις, τοῦτο οὔτε ὁρᾶν, οὔτε νοεῖν ὁμολογῶ. εἰ τὴν τοῦ σώματος ξενίαν, πρὸς οἰκονομίαν τῶν θείων ἐνεργειῶν παραλαμβάνεις, οὐκ ἀποδοκιμάζω. εἰ τὸ πνεῦμα τῆς ἀϊδιότητος ἐν τῷ ὑπερέχοντι λόγῳ γεγεννῆσθαι λέγεις, δέχομαι. τίς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ ἐλθὼν ἀπὸ τοῦ πατρός; τίνα ἔγνω ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὃν ἀϊδίως καὶ ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ γεγέννηκε; σὺ μὲν ὑπόστασιν ξένην ὑποβάλλειν οἴει δεῖν, κακῶς δήπου πιστεύων. ἐγὼ δὲ τῆς ὑπερεξόχου καὶ ἐπὶ πάντα διηκούσης δυνάμεως τὸ πλήρωμα πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐσίαν μίαν εἶναι γινώσκω. εἰ τοίνυν μὲν

Dic iam mihi, in medium progreſſus, fidei tuæ argumenta & indicia noli reticere: qui os peruerſum & naturam procliuem ad omne genus improbitatis habes. Vnum dicis Deum: habes eiuſdem me ſententiæ. ſic igitur ſentias. Eius eſſentiæ & principij & finis expers. Verbum eſſe dicis. eo contentus ſum, ita crede. Si quid præterea adiungis, id tollo. Si quid ad impiam ſeparationem fraudulenter conſtruis, id nec videre, nec intelligere me confiteor. Si hoſpitium corporis aſſumis, ad diuinorum operum diſpenſationem, non improbo. [a] Si Spiritum æternitatis in ſupereminenti Verbo genitum dicis, accipio. [b] Quis Patrem nouit, niſi qui venit à Patre? Quem nouit Pater, niſi quem ab æterno ac ſine principio ex ſe genuit? Tu quidem hypoſtaſin peregrinam ac nobis inauditã ſubiicere putas oportere, malè vtique credẽs. Ego vero poteſtatis ſuperpræexcellentis & ad omnia permanantis plenitudinem [c] Patris & Filij eſſentiam vnam eſſe iudico. Si igitur

[a] Hæc piè interpretanda, non diſtorquenda ad Neſtorij impiam ſententiam: reperimus enim veteres ſcriptores ita nonnũquam eſſe loquutos, quamuis ſentirẽt Chriſti Dei & hominis vnã eſſe perſonam.

[b] De verbo hæc interpretanda ſunt, non de Spiritu Sancto, quem nemo vnquam dixit genitum, ſed procedentem à Patre atque Filio.

[c] Quod hic habet textus, plenitudinem, Græcè πλήρωμα, legitur, quod eam ſignificat plenitudinẽ, quæ contineat plures perſonas, & opponitur ſingularitati, quam ſancta Trinitas explodit.

Imp.

aufers quidem ab illo, à quo ſeparari ne cogitatione quidem contentioſorum vnquam potuit: additionis autem characterem præſtruis ac præmunis, & penitus notas ac ſigna quæſtionum diſterminas: illi totam ex ſe æternitatem [a] dedit, [b] cogitationẽ verò integram ac incorruptam, immortalitatémque per ſe & Eccleſiæ attribuit fidem.

[a] Quæcunque enim verbum habet, à Patre accepit, à natiuitate æterna.

[b] Cogitatio quidẽ non cadit in Deũ propriè, ſed Chriſto vt homini cõuenit. Sunt hæc igitur piè intelligenda.

Imperator.

Depone igitur, depone hanc ſceleris amentiam, ô prædite vrbanis moribus, & clara voce & ad inſipientium perfidiam mala [c] decantans. Tuo te merito Malus ſubuertit per malitiam ſuam: (ac nonnullis fortaſſe iucundum hoc videtur) ſic enim te ipſum comparaſti. eſt autem vſquequaque pernicioſum malum. Agedum ab abſurditatum palæſtra diſcedens, audi egregie Ari (te enim appello) An non ſentis te ab Eccleſia Dei vtique abdicatum? ſcias te periiſſe niſi ad te reſpiciens, amentiam tuam damnes. At dices, magnum hominum numerum tecum facere, & ſubleuare curas tuas. Audi, & parumper

[c] Alludere Conſtantinus videtur ad Talciam Arij, obſcœnum poëma, ſcilicet Sotadicis rythmis attemperatum, quo ſuam hæreſim canebat, & alijs dederat publice concinendum.

σὺ ἀφαιρεῖς μὲν ἀπ' ἐκείνου, ἀφ' οὗ χωρι-
σθῆναι οὐδὲ διάνοια τῶν ἐρεγελωκότων δε-
δυνήται οὐδὲ πώποτε οὐδὲν, προσθήκης δὲ
χαρακτῆρας ὁδοποιεῖς, καὶ ὅλως γνωρίσματα
ζητήσεων διαρείζεις, ἐκείνῳ ᾧ ὁλόκληρον μὲν
ἐξ ἑαυτοῦ τὴν ἀϊδιότητα δέδωκεν, ἀδια-
φθορον δὲ τὴν ἔννοιαν, ἀθανασίας τε δι' ἑαυτοῦ
καὶ ἐκκλησίας ἔνειμε πίστιν. κατάβαλε οὖν
δὴ, κατάβαλε τὸ εὔηθες τοῦτο ἀνόμημα. ὦ
ἀστεῖε σὺ καὶ εὔφωνε, καὶ τὰ κακὰ παρὰ ἀπι-
στίαν τῶν ἀνοήτων ἐξάδων. εἰκότως ἄρα σε
ὁ πονηρὸς τῇ ἑαυτοῦ κατεστρέψατο κακίᾳ. καὶ
τοῖς μὲν ἴσως ἤδη τὸ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ. οὕτω
γὰρ σεαυτὸν πέπεικας. ἔστι δὲ πάντῃ ὀλέθριον
τὸ κακόν. φέρε δὴ τῆς ἐν τοῖς ἀτοπήμασι δια-
τριβῆς ἀπαλλαγεὶς, ἄκουε ὦ δαιμόνιε Ἄρειε·
σοὶ γὰρ διαλέγομαι· τῆς ἐκκλησίας δήπου τοῦ
θεοῦ ἀποκεκηρυγμένος οὐκ αἰσθάνῃ; ἀπο-
λώλας εὖ ἴσθι, ἐὰν μὴ βλέψας εἰς σεαυτὸν,
τὴν παροῦσάν σοι κατακρίνῃς ἄνοιαν. ἀλλ'
ἐρεῖς, ὡς ὄχλοι συμπεράτουσί σοι, καὶ τὰς
φροντίδας ἀπελαφρύνουσιν; ἄκουε δὴ μικρὸν

πρὸς ἅς με διεχάραξας, ἐν οἷς φῂς πάντα τὸν Λίβυν δῆμον σύμψηφον εἶναί σοι πρὸς σωτηρίαν δήπου. εἰ δὲ οὐ φήσεις ταῦτα οὕτως ἔχειν, μαρτύρομαι ἤδη τὸν θεὸν, ἢ μὴν ἀρχαιότατον τῆς Ἐρυθρᾶς πυκτίον, δι᾽ ἑλληνικῆς συντεταγμένον γλώττης, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀποστέλλειν, ὡς ἂν θᾶττον ἀπόλοιο. εἶτα σὺ ἀναμάρτητος, ὦ δικαιοφόρε; εἶτα οὐ σαφῶς ἀπόλωλας ὦ ἄθλιε, τοιούτῳ δεινῷ περιεστοιχισμένος; ἴσμεν, ἴσμεν σου τὸ ἐγχείρημα· ποία φροντὶς, ποῖόν σε θράττει δέος, οὐ λέληθεν ἡμᾶς ὦ δύστηνε καὶ ταλαίπωρε. ὢ τῆς ἀμβλύτητος τῶν σῶν φρενῶν, ὃς οὐδὲ τὴν νόσον καὶ τὴν ἀμηχανίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς ἀναστέλλεις, ὦ ἀνόσιε. ὃς τὴν ἀλήθειαν ποικίλοις ἐξορύττεις λόγοις· καὶ τοιοῦτος ὢν, οὐκ αἰσχύνῃ ἡμᾶς ψέγων. καὶ νῦν μὲν ἐλέγχων ὥς γε οἴει, νῦν δ᾽ αὖ πάλιν νουθετῶν, ὡς πίστει καὶ λόγοις ὑποφέρων. περὶ* οὗ δῆτα οἱ ἄθλιοι ἐπιχωρείαν ἑαυτοῖς πορίζεσθαι γλίχονται. καί τοι οὐδὲ συγγίνεσθαί τῳ τοιούτῳ ἐχρῆν, οὐδὲ ὅλως αὐτὸν προσφθέγγεσθαι, πλὴν εἰ μή τις

ἴσ. παρ᾽ οὗ

ἐν τοῖς ὑπούλοις τούτοις ῥήμασι, τὴν τοῦ ὀρθῶς βιοῦν ἐλπίδα τοῖς μετρίοις ἀποκεῖσθαι οἴεται. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. πολλοῦ γε δεῖ. τὸ δὲ ἀληθές, ὦ τῆς ὑμετέρας ἀνοίας ὅτι τούτῳ συναναγίγνεσθε! τίς ἄρα οἶστρος ὑμᾶς τῆς χαλεπῆς τούτου γλώττης καὶ τῆς ὄψεως ἀνασχέσθαι κατηνάγκασεν; ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ἤδη σὲ βαδιοῦμαι τῷ λόγῳ. ὦ τὴν μὲν ψυχὴν ἄφρων σύ, τὴν δὲ γλῶτταν στωμύλε, ἄπιστε δὲ τὰς φρένας, δός δή μοι τοῦ λόγου. οὐκ ἀμφιλαφές τι λέγω καὶ ἱππήλατον πεδίον, ἀλλ' οὕτω κύκλῳ γε εὐπερίγραφον· μὴ τὸ θεὸν μόνον, ἀλλ' ἐρρωμένον τε καὶ στερρὸν τῇ φύσει. ὦ ἀνόσιε δῆτα καὶ κάκιστε, καὶ κρυψίνου· ἐξάγομαι γὰρ ταῦτα λέγειν. μᾶλλον δὲ βρόχον ἤδη σοι περιάψας, καὶ συμποδίσας τῷ λόγῳ, εἰς μέσους σε καταστήσω· ὡσὰν πᾶς ὁ δῆμος τὴν σὴν καταμάθῃ φαυλότητα. ἐπ' αὐτὸ δὲ πορεύσομαι ἤδη τὸ πρᾶγμα. νενιμμέναι δήπουθεν εἰσὶν αἱ χεῖρες. προσοίσωμεν ταῖς εὐχαῖς, ἐπικαλέσαι δὴ * τὸν θεόν. μᾶλλον δὲ μικρὸν ἐπισχών, εἰπέ μοι

ἴσ. δεῖ.

ὦ θερμό-

aures præbe, nefarie Ari, intellige dementiam tuam. Tu vero Deus, qui omnium curas habes, propitius eſto ſermoni, ſi fidem teneat: ego enim homo tuus, ô miſericors, qui prouidentia tua defendor, ac è Græcorum Latinorúmque vetuſtiſsimis ſcriptis inſaniam Arij apertè demonſtrabo ante tria millia circiter annorum ab Erythræa præſignificatam ac prædictam: ſic enim fata eſt: Væ tibi Libya in maritimis poſita locis, tibi enim veniet tempus, quo vna cum populis ac filiabus tuis graue certamen & crudele & perdifficile ſubire cogêris: ex quo fidei pietatíſque iudicium in omnes dimanabit. tu vero ad extremum vergis exitium: vos enim cœleſtium florum receptaculum conuellere, morſúque dilacerare auſi eſtis, atque adeo ferreis dentibus temeraſtis.

Orac. Erythr. Sib.

Peculiare fuit Conſtãtino, ſcriptis ſuis oraculum aliquod interſerere, vt in edicto vidimus, ad prouinciales dato, & in Oratione illa ad S. Cœtum conſcripta.

Quid igitur verſutiſsimè vbi nunc terrarum eſſe te fateris? ibi videlicet. tuas enim habeo litteras quas ad me inſano calamo

in fraudulentis huius verbis rectè viuendi ſpem moderatis hominibus poſitam eſſe putat. Sed non ita eſt: longè abeſt. Quod autem verum (ô veſtram qui huius conſuetudine vtimini dementiam!) quæ vos coëgit inſania, huius acerbam linguam & aſpectum perferre?

Sed iam ad te ſermonem conuertam, ô qui inſano animo es, lingua blanda, infida mente: da ſermonem non ancipitem ac volubilem, ſed cuius orbem circumſcriptũ noſcamus: non putidum ac infirmum, ſed robuſtum & ſolidum. ô ſcelerate ac nequiſſime, & mente obſcura: cogor enim hæc dicere: quinimo iam tibi laqueum inijciam, reque ratione cõpeditum in medium adducam, vt improbitatem tuam populus omnis intelligat. Iam ad rem veniam.

Ablutæ vtique manus ſunt *: accedamus ad preces. Inuoca Deum, vel potius morare pauliſper, ac dic,

Ad antiquum illum morem alludit, quo conſueuerant fideles, precaturi Deum, antea manus abluere: iuxta illud Apoſtoli ad Timotheum, Leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. niſi potius verbis illis alluſiſſe voluit ad animi ſui innocentiam de impio iudicantis, ſecundum ea quæ dicta ſunt primo Annalium tomo.

quem, ô feruidiſſime, Deũ in auxiliũ aduocabis? Verùm quieſcere nõ poſſum, Domine, qui rerum omnium poteſtatem habes: ô potentiam ſolus obtinẽs Pater, huius nefarij hominis cauſa, opprobria & dolores & vulnera Eccleſia tua ſuſtinet. Arius tibi locum iam accommodat, admodum ſcilicet conuenienter, in quo Concilium ſibi conſtituens, Filium tuum ex te natum, ducem ſalutis noſtrę, Filium adoptionis lege atrogat ac tenet. audi obſecro mirabilem fidem. te locali motu, Domine, moueri exiſtimat: audet te definitæ ſedis orbe circumſcribere. Nam vbi præſentia tua non adeſt? aut vbi tuam non omnes operationem atque efficaciam ſentiunt ex tuis quaquauerſum permeantibus legibus? Omnia enim ipſe contines: extra te nec locum nec quidquam aliud cogitare fas eſt; ita tua poteſtas efficaciter eſt infinita. Tu ergo audi Deus: vos verò,

populus

ὦ θερμότατέ σου, τίνα θεὸν ἐπικαλέσῃ πρὸς βοήθειαν; ἀλλὰ γὰρ ἠρεμεῖν οὐ δύναμαι. ὦ τῶν πάντων ἔχων τὸ κῦρος δέσποτα, ὦ τῆς μονήρους δυνάμεως πάτερ. διὰ τουτονὶ τὸν δυσόσιον, ὀνείδη τε καὶ λύπας, καὶ μήν τοι καὶ τραύματα καὶ ὀδύνας ἡ σὴ ἔχει ἐκκλησία. Ἄρειός σοι τόπον ἤδη προσαρμόζει, καὶ μάλα γε εὐφυῶς, ἐφ᾽ οὗ καθιζάνων οἴμαι συνόδον ἑαυτῷ, ἢ παῖδα τὸν Χριστὸν τὸν σόν, τὸν ἐκ σοῦ, τὸν τῆς ἡμετέρας ἐπικουρίας ἀρχηγέτην, πίστεως νόμῳ περιποιεῖται καὶ ἴσχει. ἐπάκουσον, ἀντιβολῶ σε τῆς θαυμασίας πίστεως· σὲ τὴν κατὰ τὸν τόπον κινεῖσθαι δέσποτα κίνησιν οἴεται. σὲ τῆς ἀφωρισμένης καθέδρας, κύκλῳ περιγράφειν τολμᾷ. ποῦ γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ σὴ παρουσία; ἢ ποῦ τὴν σὴν οὐ πάντες ἐνέργειαν, ἐκ τῶν ἐπὶ πάντα σου διηκόντων νόμων αἰσθάνονται; πάντα γὰρ αὐτὸς περιέχεις, καὶ ἔξω σου, οὔτε τόποι, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐπινοῆσαι θέμις. οὕτως ἡ σὴ δύναμις μετ᾽ ἐνεργείας ἐστὶν ἄπειρος. σὺ μὴν δὴ ἐπάκουσον ὁ θεός. ὑμεῖς δὲ πᾶς ὁ

λαός προσέχετε τὸν νοῦν. ὁ γὰρ ἀναί-
σχυντος οὗτος καὶ ἄχρηστος, ὁ ἐπ' ἄκρον μω-
ρηθείας τε καὶ ἀνομίας ὁμοίως ἐληλακὼς
εὐλάβειαν σκήπτεται. ἄπαγε, φησὶν, οὐ βούλο-
μαι τὸν θεὸν ἐγὼ, ὕβρεων πάθη δοκεῖν ἐνέ-
χεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ὑποτίθεμαι καὶ πλάτ-
τω θαυμάσιά γε τῇ πίστει, ὡς ὁ θεὸς νεο-
γενῆ καὶ νεόκτιστον οὐσίαν Χριστοῦ ποιησά-
μενος, βοήθειαν ἑαυτοῦ προσεκαλέσατο, ὥς
γέ μοι δοκεῖ. ὃ γὰρ αἴφησιν ἀπ' αὐτοῦ ἀφέ-
λῃς, τοῦτο ἔλαττον πεποίηκας. εἶτα, ὦ λυ-
μεὼν καὶ ὀλέθριε, σοὶ τοῦτό ἐστι πίστις; οὐ
καθ' ὑπόθεσιν καὶ πλάσμα λαμβάνεις,
τὸν τὰ πλάσματα τῶν ἐθνῶν καταχρίναντα;
οὐ ἐπίτακτον καλεῖς, καὶ ὥσπερ καθηκόν-
των ὑπηρέτην τὸν αἴδιον ἐνθυμήσεως καὶ λο-
γισμοῦ, τῷ συνυπάρχειν τῇ τοῦ πατρὸς ἀϊ-
διότητι, πάντα διανύσαντα; ἐφάρμοσον νῦν,
εἰ δὴ τολμᾷς, ἐφάρμοσον τῷ θεῷ καὶ τὸ
εὐλαβεῖσθαι καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὸ ἐλπί-
ζειν τὸ ἐκβησόμενον· ἔτι δὲ τὸ ἐνθυμεῖσθαι,
τὸ λογίζεσθαι, τὸ σκεπτόμενον, γνώμην

populus omnis, mentem attendite. Nam hic inuerecundus & nequam ad ſummam improbitatem & iniquitatem progreſſus, pietatem ſimulat ac religionem obtendit. Apage, inquit, nolo videri Deum, paſſione contumeliarum teneri: atque ideo ſuppono, ac fingo mirabili quidē fide, quod Deus nouellam nupérque conditam Chriſti ſubſtantiam fabricatus, auxilium ſibi comparauit vt mihi quidem videtur: quod enim, inquit, abſtuleris ab eo, id minus quid feciſti.

Tua igitur, ô pernicies ac lues, eſt fides hæc? Tu ex hypotheſi figmentum ſumis eum qui gentium figmenta condemnauit? Tu adſcititium eum vocas ac tanquam officiorum miniſtrum qui ſine cogitatione & ratiocinatione, quod Patris æternitati coëxiſtat, omnia effecit. Accommoda iam, ſi audeas, accommoda, inquam, Deo & præcautionem & ſpem euentuum, & cogitationē, & ratiocinari, & quòd conſiderans, ſententiam

pronuntiat,ac verba exprimit, & delectatur, ridet, dolet. Quid igitur ais?ô miſeris omnibus miſerior: ô ſubtilis malitiæ † commentor, intellige, ſi potes, quòd tua ipſius malitia & aſtutia improbus conſumeris. Chriſtus, inquit, propter nos paſſus eſt. At ego iam dixi, quod forma corporis miſſa † eſt. Sanè, inquit, ſed metuendum, ne eum aliquatenus imminuere videamur. Deinde, ô ferarum mediator, cùm hæc dicas, non inſanis, apertè furiatus? Ecce enim mundus ipſe forma ſiue figura eſt: & aſtra characteres ſuos oſtendunt, ac omnino ſpiritus huius globoſi Orbis, ſpecies eſt eorum quæ ſunt, & veluti formatio. Attamen Deus vbique adeſt: Vbinam igitur in Deo contumeliæ ſunt? aut vllatenus minuitur Deus? O æquitatis parricida! Ex te ipſo coniecturam capiens, cõſidera & cogita, ſi peccatũ videtur eſſe in Chriſto adeſſe Deum. Ille quidem vidit ſermonis ignominiam,

al. è. Neſtor, pro conſiliario.

quid ſi leg. miſſus eſt.

ἀποφαίνεσθαι καὶ διαιρεῖσθαι, καὶ ὅλως
τὸ τέρπεσθαι, τὸ γελᾶν, τὸ λυπεῖσθαι. τί τοίνυν
φῂς ὦ τῶν ἀθλίων ἀθλιώτερε; ὦ τῆς κακίας
ἀδόλεσχημα* μήστορ. συνὲς δὴ εἰ δύνασαι. ὡς γ. τέστορ.
ἐν αὐτῇ γέ σὺ πανουργίᾳ, μοχθηρὸς ἂν
† ἀναλίσκῃ. ὁ Χριστός, φησί, δι' ἡμᾶς πέ- ἴσ. ἀλι-
πονθεν. ἀλλ' ἤδη φθάσας ἔγωγε εἶπον, ὡς σκῃ.
μορφῇ † σώματος ἀπεστάλη; ναί φησιν, ἀλλὰ γ. μορφή.
δέος μὴ δόξωμεν κατά τι ἐλαττοῦν. εἶτα
ὦ τῶν θείων μεσίτα, ταῦτα λέγων οὐ μαί-
νῃ καὶ σαφῶς λυττᾷς. ἰδοὺ γὰρ ὁ κόσμος, μορ-
φή, εἴπου σχῆμα τυγχάνει ὤν. καὶ οἱ ἀστέ-
ρές γε χαρακτῆρας περιβέβληνται. καὶ
ὅλως τὸ πνεῦμα τοῦ σφαιροειδοῦς τούτου
κύκλου, εἶδος τῶν ὄντων τυγχάνει ὄν, καὶ
ὥσπερ μόρφωμα. καὶ ὅμως ὁ θεὸς πανταχοῦ πάρεστι. ποῦ τοίνυν εἰσὶν ἐν τῷ θεῷ αἱ
ὕβρεις; ἢ κατὰ τί ὁ θεὸς ἐλαττοῦται, ὦ παρε-
κτόνε τῆς ἐπιεικείας σύ. λόγισαι δὴ οὖν ἐκ
σαυτοῦ τεκμαιρόμενος, καὶ ἐνθυμήθητι εἰ
ἁμάρτημα εἶναι δοκεῖ, τὸ ἐν Χριστῷ περιεῖναι
τὸν θεόν. ἐκεῖνος μὲν οὖν κατεῖδε τὴν ἀπ-

μίαν τοῦ λόγου, καὶ τὴν τιμωρίαν οὐ βραδέως ἐπήγαγε· χωρὶς δὲ τούτων καθ' ἑκάστην δήπουθεν ἡμέραν ἁμαρτήματα ἐν τῷ κόσμῳ γίνεται. καὶ ὅμως ὁ θεὸς πάρεστι, καὶ τὸ τῆς δίκης οὐχ ὑστερίζει. τί οὖν κατὰ τοῦτο ἐλαττοῦται εἰς τὸ μέγεθος αὐτοῦ δυνάμεως, εἰ τὰ πανταχοῦ διαλανθάνεται; οὐδὲν οἶμαι. ὁ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου νοῦς, διὰ τοῦ θεοῦ. δι' αὐτοῦ πᾶσα διαμονή, δι' αὐτοῦ πᾶσα δίκη. ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ πίστις ἀνάρχως ἐξ αὐτοῦ. ὅλως ὁ θεοῦ νόμος ἐστὶ Χριστός· δι' αὐτοῦ τὸ ἄπειρον ἅμα καὶ ἀτελεύτητον ἔχων. ἀλλὰ γὰρ σὺ κατὰ σεαυτὸν ἐννοῶν φαίνῃ; ὦ τῆς μανίας λίαν! περίβλεψον νῦν εἰς τὴν σαυτοῦ ἀπώλειαν τὸ τοῦ διαβόλου ξίφος. ὁρᾶτε δή, ὁρᾶτε πάντες, ὡς γοερὰς ἤδη προσάγεται φωνάς, τῷ τοῦ ἔχεος ἐνεχόμενος δήγματι. ὡς αἱ φλέβες αὐτοῦ καὶ σάρκες τῷ
γρ. διακινοῦσιν. ἰῷ ἐγκατειλημμέναι, δεινὰς* διαμιγνύουσιν ὀδύνας. ὡς διερρύηκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα πολλοῦ αὐχμοῦ τε καὶ θρίων, καὶ ὠχριάσεως, καὶ φρίκης, καὶ μυρίων γέμει κακῶν, καὶ δεινῶς

nec tardè pœnas irrogauit. Præterea quotidie fere in mundo peccata committuntur, & tamen Deus adeſt: nec ijs diu ſupplicium debetur, tandémque luitur. an ideo minuitur poteſtatis eius amplitudo? an vbique patitur? non opinor. Mundi enim mens per Deum eſt: per eum omnis ſtabilitas & permanſio: per eum omne ius, omnis pœna. Chriſti fides, ex ipſo eſt ſine principio: denique vniuerſa Dei lex Chriſtus eſt, per ipſum infinitam vim & indeſinentem habens.

Sed de his ex te éxque modulo tuo cogitas: ô incredibilem inſaniã! In exitium iam tuum conuerte gladium Diaboli. Videte omnes, videte, vt lamentabiles prætendat voces, viperæ morſu læſus: videte vt venæ eius, vt carnes veneno occupatę acerbos moueant cruciatus: vt corpus eius tabe defluxerit, vt attenuatum & ſquallore ſordibúſque obſitum, lamentatione, pallore, horrore infinitíſque malis conficiatur, miſeréque

ſtrigoſum ſit: vt deformis illuuie ſordidúſque capillus; videte ſeminecem, obtutu iam languido, vultu exſangui, & præ curâ tabido: cernite, vt ad eum propter mali diuturnitatē confluxerint furor, inſania, vanitas, eúmque immanem ac ferum reddiderint: ne ſentit quidem, quibus ſit in malis. Effert me, inquit, voluptas, tripudio, exulto gaudio, in altum quaſi pennis attollor. Rurſum inuidus admodum & ferox: Heu, inquit, perijmus. Hoc quidem ſolum verum: tibi enim ſoli ſtudia conatúſque ſuos malitia largiter præbuit, quódque magno pretio emerat, tibi facillime donauit. Agedum iam dic, vbi egregia tua monita? Elue, quæſo, mala tua Nili aquis, ſi fieri poteſt, ô plene abſurdiſſimo ſtupore! & quidem vniuerſum Orbem ſceleribus tuis conturbare ſtuduiſti. Nónne intelligis, quòd omnia, qui Dei homo ſum, ego ſcio?

Arij proſopographia, qualis apud Epiphaniū, his verbis: *Erat ſtatura valde longus, ſubtriſtis ſpecie figuratus, velut doloſus ſerpens, qui decipere poſſet omne cor innocens per verſutū ſuum prætextum: dimidium enim pallium hic ſemper indutus & ſtolam, dulcis erat in colloquio, perſuadens ſemper animas & blandiens.*

Imperator.

At iam

κατέσκληκεν, ὡς εἰδεχθὲς καὶ κατάῤῥυπον τὸ τῆς κόμης δάσος. ὡς ὅλος ἡμιθνὴς, καὶ ἐξασθενῶν ἤδη τὸ βλέμμα. ὡς ἄναιμον τὸ πρόσωπον, καὶ ὑπὸ μερίμνης ἐκτετηκός. ὡς ὁμοῦ πάντα εἰς αὐτὸν συνδραμόντα, οἶστρος, μανία τε καὶ ματαιότης, διὰ τὸ χρόνιον τοῦ πάθους, ἄγριόν τε καὶ θηριώδη σε πεποιήκασιν· αὐτίκα γοῦν ἐπαισθανόμενος οὗ δὴ κακοῦ τυγχάνεις ὤν. αἴρομαι, φησὶν, ἐφ' ἡδονῆς, καὶ πηδῶ γε σκιρτῶν ὑπὸ χαρᾶς, καὶ πέτομαι. καὶ πάλιν νεανικῶς γε λίαν, εἶεν, φησὶν, ἀπωλόμεθα. τοῦτο μὲν γε καὶ ἀληθές ἐστι. σοὶ γὰρ μόνῳ ἡ κακία τὰς παρ' ἑαυτῆς σπουδὰς δαψιλῶς κεχορήγηκε, καὶ ὃ πολλῆς ἐώνητο τιμῆς, τοῦτό σοι ῥᾶστα δεδώρηται. φέρε δὴ νῦν εἰπὲ, ποῦ τὰ σεμνά σου ἐστὶ παραγγέλματα; ἀπόνιψαι δὴ σαυτὸν, εἰ οἷόν τε. ὦ ἀτόπου γέμων ἄνθρωπε † ἀμαθησίας! καί σοι σύγε τὴν οἰκουμένην ἅπασαν τοῖς αὐτοῦ ἀσεβήμασι διαταράξαι ἐσπούδακας. ἆρά γε συνίης ὡς ἅπαντα ἤδη ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος ἐγὼ ἐπίσταμαι;.

† γ τῶ Νη-λφ.

ἀλλὰ γὰρ ἀπορῶ, πότερον μένειν, ἢ ἀπιέναι δεῖ. οὔτε γὰρ βλέπειν εἰς τοῦτον ἔτι δύναμαι, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐπαισχύνομαι, ὦ Ἄρειε. ἡμᾶς μὲν εἰς φῶς κατέστησας, σαυτὸν δὲ εἰς σκότος, ὦ ταλαίπωρε, κατέβαλες. τοῦτό σοι τῶν πόνων πέφυκε τὸ τέλος. ἀλλ' ἐκεῖ σε πάλιν ἐπάνειμι. πλῆθος εἶναι φῂς τῶν περί σε ἀλωμένων. εἰκὸς οἶμαι, καὶ δέχου γε τούτοις. δέχου φημί· λύκοις γὰρ καὶ λέουσιν ἑαυτοὺς βρωθησομένους ἐκδεδώκασι. πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτων ἕκαστος προσθήκη κεφαλῶν δέκα καὶ τελέσμασι τούτων πιεσθεὶς, αὐτίκα δὴ μάλα ἱδρώσει, ἐὰν μὴ τὴν ταχίστην ἐπὶ τὴν σωτήριον δραμὼν ἐκκλησίαν, τὴν τῆς ἀγάπης εἰρήνην τῷ φίλτρῳ τῆς ὁμονοίας ἐπανέληται. οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ σοῦ λοιπὸν ἐξαπατηθήσονται, ἐπὶ πονηρᾷ συνειδήσει κατεγνωσμένοι· οὐδ' ἀνέξονται τέλεον ἀπολέσθαι ταῖς μιαραῖς σου ζητήσεσιν ἐμπλακέντες. σαφῆ καὶ γνώριμα πᾶσι, πρὸς γοῦν τὸν ἑξῆς χρόνον, τὰ σά ἐστι σοφίσματα. καὶ μὴν οὐδὲ αὐτὸς ἀνύσαι τι δυνήσῃ, ἀλλὰ

At iam dubito, vtrum manere, an abire oporteat: nec enim poſſum reſpicere, & peccatum erubeſco. Nos, videlicet, Ari, in luce collocaſti: teipſum verò infelix in tenebras conieciſti. hic laborum tuorum finis.

Sed eò redeo, quòd multitudinem iactas hominum circum te vagantium: par eſt opinor: hos recipe, recipe, inquam: ſeſe enim lupis ac leonibus deuorandos addixerunt: quin immo eorum vnuſquiſque additamentum eſt decem capitum, ac tanto numero oppreſſus valde ſudabit, niſi quamprimum ad ſalutarem accurrens Eccleſiam, charitatis pacem ſtudio concordiæ ſuſcipiat. de cetero enim à te non decipientur ob malam conſcientiam condemnato: neque funditus perire ſuſtinebunt, ſceleratis tuis quæſtionibus implicati. Aperta & nota omnibus ſunt in poſterum quidem captionum tuarum ſophiſmata: nihil tibi procedet, ſed

incaſſum figuris te inuolues, æquitatem & ſermonum lenitatem aſſimulans: ac ſimplicitatis (vt ita dicam) perſonam extrinſecus ſuſcipiens: artificia tua vaneſcent: citò enim te veritas circumuallabit: citò flammas tuas diuinæ potentiæ (vt ita dicam) imber extinguet. Et quidem ſocios ac ſuffragatores tuos, qui curiæ ſe iam obſtrinxerunt. publicorum munerum curæ excipient, niſi quamprimum euitata conſuetudine & congreſſu tuo incorruptam fidem ſequãtur. Tu verò ferrea mente vir, da aliquod mihi ſpecimen tui propoſiti, ſi tibi confidis, ſi fretus es ſtabilitate fidei, ac puram omnino habes conſcientiam. Veni ad me, veni, inquam ad Dei hominem: crede quod interrogationibus meis cordis tui abdita ſcrutabor. Ac ſi quidem in te furor inſediſſe videatur: diuinam implorans gratiam, à virulento morſu te meliùs curabo. Sin mente ſana videberis,

μάτην σχηματίζῃ, ἐπιείκειάν τε καὶ πραό-
τητα λόγων καθυποκρινόμενος, καὶ ἁπλό-
τητα ὡς εἰπεῖν προσωπεῖον ἔξωθεν περιτι-
θέμενος. μάταιον ἔσται σου τὸ ὅλον τέχνασμα,
αὐτίκα γάρ σε ἡ ἀλήθεια περιστήσεται· αὐ-
τίκα σου τὰς φλόγας ὁ τῆς θείας δυνάμεως
ὡς εἰπεῖν ὄμβρος ἀποσβέσει. καὶ μέντοι καὶ
τοὺς ἑταίρους καὶ ὁμογνώμονάς σου ἐνόχους εἶ-
ναι τῇ βουλῇ γενομένους. αἱ τῶν δημοσίων
λειτουργημάτων καταλήψονται φροντίδες,
ἐάν γε μὴ τὴν ταχίστην ἀποφυγόντες τὴν
πρὸς σὲ συνουσίαν, τὴν ἀδιάφθορον ἀν-
ταλλάξωνται πίστιν. σὺ δὲ ὁ σιδηρόφρων ἀνήρ,
δεῖγμά μοι δὸς τῆς σῆς προαιρέσεως, εἰ σαυ-
τῷ πιστεύεις, καὶ ἔρρωσαι τῷ βεβαίῳ τῆς πί-
στεως, καὶ καθαρὰν ὅλως ἔχεις συνείδησιν.
ἧκε πρὸς ἐμέ, ἧκε, φημί, πρὸς θεοῦ ἄνθρωπον.
πίστευσον ὡς ταῖς ἐμαυτοῦ πεύσεσι διερευνήσο-
μαί σου τὰ ἀπόρρητα τῆς καρδίας· κἂν μὲν τι
μανικὸν ἐνεῖναι δόξῃ, τὴν θείαν ἐπικαλεσά-
μενος χάριν παρὰ δήγματός σε κάλλιον ἰάσο-
μαι. ἐὰν δὲ ὑγιαίνων τὰ κατὰ ψυχὴν φανῇς,

τὸ τῆς ἀληθείας φῶς ἐπιγνοὺς, ἐν σοὶ καὶ τῷ θεῷ χάριν εἴσομαι· καὶ ἐμαυτῷ τῆς εὐσεβείας συνησθήσομαι, καὶ ἄλλη χρεί. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀγαπητοί.

Διὰ Συγκλητίου καὶ Γαυδεντίου Μαγιστριανῶν ἐκομίσθη καὶ ταῦτα· ὅτι Πατέριος ἦν ἔπαρχος Αἰγύπτου. καὶ ἀνεγνώσθη ἐν τῷ παλατίῳ.

Ex Biblioth.C.V.P. Pithoei.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις, καὶ λαοῖς.

Ἐκ τοῦ συντάγματος τῶν κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ἁγίαν σύνοδον παραχθέντων· ὅγε μὲν ὁ Ῥουφῖνος, ἤγουν Γελάσιος ἀποστεῦται ἐγκ.

ΤΟΥ'Σ πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν. ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρὸς, συντάγματα ἄττα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὕρατο μισθὸν, καὶ τοιοῦτον ὥστε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα. οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν Ἄρειόν τε καὶ τοὺς αὐτῷ ὁμογνώμονας, Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι, ἵν᾽ ὥσπερ τοὺς τρόπους μεμίμηνται τούτων, ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν· πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ εἴ τι σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολείπηται. ἐκεῖνο μέντοι προαγορεύω

veritatis in te agnoſcens lumen, & Deo gratias habebo, atque agam: & mihi ceteríque manui, quæ opem attulerit pietati, gratulabor. Deus autem vos cuſtodiat dilectiſſimi.

Hæc per Syncletium & Gaudentium Magiſtrianos perlata ſunt: cùm Paterius eſſet præfectus Ægypti. & lecta ſunt in Palatio.

VICTOR CONSTANTINVS *Maximus, Auguſtus, Epiſcopis & populis.*

Ex interpr. Fed. Morelli P. R.

IMPROBOS & impios imitatus Arius, meretur eãdem atque illi infamiam perpeti. Vt ergo Porphyrius diuini cultus hoſtis, prauis quibuſdam commentarijs contra pietatem editis, dignam inuenit mercedem, ac talem, vt ſe probroſum in omne futurum tempus reddiderit, & maxima opinionis prauitate ſit imbutus, atque impia ipſius ſcripta planè deleta ſint.† Ita etiã nunc viſum eſt vt Arius, eiúſq; aſtipulatores, vocẽtur Porphyriani, vt ceu mores illorum imitati ſunt, eandem quoque cum illis appellationem obtineant: Præterea ſi quod opus ab Ario ſcriptum reperiatur, hoc in ignem conijciatur, vt non tantùm doctrinæ ipſius peruerſitas pereat, ſed ne commentarius quidem eius vllus relinquatur. Illud quidem certè promulgo,

Niceph. l. 8. c. 25. Soz. l. 1. c. 9.

† *Hæc illa lex eſt, cuius mentio in l. 6. C. de hæretic. in qua pro Neſtoriani, legend. Simoniani, ex actu Synodi Chalcedon. & Photio. Ceterum Gelaſius cuius in inſcriptione Codicis mentio fit; ille eſt Cyzicenus ſcriptor Actor. quæ Nicæni concilij titulo edita leguntur. ſine auctoru nomine, qui ex Photij Biblioth. ſiue excerptis facile agnoſcitur.*

ὡς εἴ τις σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθεὶς κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν καὶ πυρὶ καταναλώσας, τούτῳ θάνατος ἔσται ζημία. παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ κεφαλῆς ὑποστήσεται τιμωρίαν. ὁ θεὸς ὑμᾶς φυλάξει, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

quod ſi quis librum vllum ab Ario compoſitũ, occultaſſe deprehẽſus fuerit, & nõ ſtatim attulerit, atq; in ignẽ coniecerit, is morte multabitur. Nã repente è veſtigio conuictus, capitis ſupplicio afficietur. Deus vos cõſeruet, fratres cariſſimi.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

41

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. PETRO DE-GONDY, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, PARISIORVM ANTISTITI, OPTIME DE REP. CHRISTIANA MERITO, HANC GRÆCO-LATINAM SANCTÆ DIVI PETRI APOSTOLI LITVRGIÆ EDITIONEM: IO. A SANCTO ANDREA CANONICVS ECCLES. PARISIEN. DEDICABAT

ΕΥΧΑΡΙΣΤΩΣ.

AN. S. CIƆ IƆ XCV. KAL. OCTOBR.

Hæc Græcis sũt Paraſceuaſtica ad religioſam diuinorũ donorum Panis & Vini in Corpus & Sanguinem Domini conſecrandorum illationẽ ad altare, quæ apud varias Dei Eccleſias variant.

Apoſtoli Sacrificium.

Oratio ad Panis propoſitionem, ſeu in Altare illationem per Diaconum.

SIcut[2] *ouis ad laniẽdãductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ipſum, vocem non edit; ſic non aperuit os ſuum. In humilitate eius iudicium eius ſublatum eſt. Generationem eius quis enarrabit? Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

2 Vox eſt Sacerdotis in Liturgia D. Chryſoſtomi. Ex Iſai. c. 53.

Quando commiſcet vinum & aquam, dicit.

Vnus militum lancea latus eius pupugit, & ſtatim[3] *exiuit ſanguis & aqua, Mundi ſalutis ſcaturigo.*

3 In Miſſa D. Barnabæ Mediolanenſis ſimilis extat effuſi ſanguinis Domini de latere mentio.

[4] Poſt hęc orationem facit Propoſitionis ſiue oblationis Sacerdotalis.

4 Quid huic parti reſpondeat in Lat. Can. vide ann.

Domine Deus noſter, qui te ipſe obtuliſti pro huius Mundi *vita, inſpice in nos & ſuper panẽ iſtum, & calicem ſuper*

 CANON. Lat. Eccleſ. Romana.

ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου.

Εὐχὴ εἰς τὸ προσκομίσαι τὸν ἄρτον.

Ως πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

[Καὶ εἰς τὸ ἑνῶσαι τὸν οἶνον † καὶ τὸ ὕδωρ. λέγει·] κ. ἅμα.

Εἷς δὲ τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, τὸ πηγάσαν τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν.

Εἶτα ποιεῖ τὴν εὐχὴν τῆς προθέσεως.

Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ προθεὶς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τὸ ποτήριον

CAN. LAT. Eccl. Rom. τοῦτο, καὶ ποίησον αὐτὸ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα εἰς μετάληψιν ψυχῶν τε, καὶ σωμάτων. ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πολύτιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ πατρός.

Εὐχὴ τοῦ θυμιάματος.

Ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, αὐτὸς δέσποτα οἰκεία φιλανθρωπία πάριδε ἡμῶν τὰς πολλὰς ἁμαρτίας, καὶ ὡς προσεδέξω τὸ θυμίαμα Ζαχαρίου, οὕτω καὶ ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν πρόσδεξαι τὸ θυμίαμα τοῦτο εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ποίησον ἔλεος μεθ' ἡμῶν. ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πολύτιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ.

[καὶ θυμιῶν καλύπτει τὰ δῶρα, λέγων.]

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετή σου κύριε, καὶ τῆς αἰνέσεώς σου πλήρης ἡ γῆ.

[καὶ ἐπάγει λέγων,

Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος..